

milites dicti Topelstein quidquid possunt obsequii et honoris. In causa vel causis, quam vel quas prepositus et conventus sanctimonialium in ponte Molhusen nobis movere intendunt vel nos eis, magistrum Hildebrandum rectorem ecclesie in Velchede procuratorem nostrum constituimus ad agendum, defendendum, excipiendum, litem contestandum, ad prestandum in animam nostram quodlibet iuramentum, sententiam definitivam audiendum et si necesse fuerit appellandum, expensas petendum et declarandum easdem, procuratorem alium substituendum ad omnia vel singula supradicta, ratum et firmum habituri quidquid per ipsum vel eius substitutum procuratum nostro nomine fuerit in premissis, promittentes pro ipso vel eius substituto sub ypotheca rerum nostrarum iudicatum solvi et relevantes eum vel eius substitutum ab omni honore satisfaciendi. In quorum testimonium sigillum officialium prepositure Dorlonensis presentibus rogavimus apponi. Damus insuper ei vel eius substituto potestatem faciendi omnia que sibi necessaria fuerint ad predicta. Et nos . . . officiales Dorlonenses ad rogatum predictorum militum in testimonium omnium predictorum sigillum nostrum apponi fecimus huic scripto. Datum Dorlon anno domini MCCXCIII^o, III^o Nonas Februarii.

Nos autem H. scolasticus et C. canonicus ecclesie sancte Marie Erfordensis iudices delegati a domino Ger.(hardo) archiepiscopo Maguntino predicto magistro Hildebrando et militibus antedictis ad excipiendum contra nostram s(ententiam), cuius copiam ei fecimus et ad proponendum omnes excepciones dilatorias . . . sextam feriam post Reminiscere d . . . assignavimus. Datum Erfordie anno predicto VIII. Idus . . . Februarii.

Perg. schadhaft, die beiden Siegel abgefallen.

1293 Febr. 2.

400.

Abt Mareward und der Convent von Reinhardtsbrunn und Eberhard Propst und der Convent in Ditenborn verkaufen dem Kloster Gerode ihre sämmtlichen Güter in Bischofferode, Popenrode und Sarmenrode für 40 Mark.

Acta sunt hec a. d. 1293 in festo purificationis b. Marie.

Wolf, Gesch. des Eichsfeldes I. U. B. S. 43. nr. LV.

1293 Febr. 8.

401.

Burchard von Bilstein, Kanoniker zu St. Marien in Halberstadt, verzichtet auf Ersatz des ihm und den Seinigen bei Belagerung¹ des Schlosses Bilstein seitens der Stadt Mühlhausen zugefügten Schadens.

Nos Burchardus de Bilsten ecclesie sancte Marie Halverstadensis canonicus recognoscimus publice in hiis scriptis, quod

1) Diese Belagerung hatte im Mai 1291 und zwar durch den Landgrafen Albert von Thüringen als Vollstrecker des Landfriedens stattgefunden. Landau Geschichte der Familie von Trefurt S. 19 und 20. Auch Wegele Friedrich der Freidige S. 406.